MORTILOGIUM SANCTORUM

Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 20r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Marcius

A d In Spoletana ciuitate. Nat. beati Johannis. magne 18.
sanctitatis viri et confessoris. qui peregrinus de Siria illuc venit.
et suburbano eius edificauit monasterium. et ha
bitauit ibi. xliiij^or^. annis. vbi et requieuit in pace. vbi
prestantur beneficia dei usque in hodiernum diem. Eodem die
apud Surrentum. sanctorum Quinti. Quintilli. Quar
tille. Marci. cum aliis. ix. Lucanie. Ingenij et Rogate.
et Thimothei. In Bethleem Joseph sanctissimi nu
tritoris ihesu saluatoris. cui hoc angelus domini locutus est.
Joseph fili dauid noli timere accipere Mariam coniugem
tuam. quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Item post
ritum x dixit angelus ad Joseph. Surge et accipe
puerum et matrem eius et fuge in egiptum. futurum est enim
ut herodes querat puerum ad perdendum eum. Item post obitum
herodis dixit angelus Joseph. Reuertere in terram iuda
defuncti sunt enim qui querebant animam pueri etc.
B bv In Brittannijs. s. Cutberti episcopi. qui ex anachorita 19
ecclesie lindisfarnensis antistes. ut dicit Beda. totam
ab infancia sua ad senilem vitam miraculorum inditiis
duxit. Cuius cum undecim annis mansisset corpus humati
incorruptum. quasi eadem hora defuncti sit cum veste qua
tegebatur est inuentum
C bo Apud Cassinum castrum. Nat. s. Benedicti abbatis. qui 80
claruit Anno domini ·116· cuius vitam miraculis gloriosam
in dialogorum libro beatus papa scribit Gregorius.
Hic in specu cunctis ignotus excepto Romano presbitero
(pbi qui sibi signo nole victum dedit. Item cuidam sacerdoti
iussit dominus in die pasche hunc querere. Et eo inuento
cibum pariter sumpserunt. Post hoc duodecim monasteria con
struxit. quorum tribus in alto positis aquam obtinuit
cum orationibus suis. Item cum panis deesset ducenti
modij ante fores monasterij sunt inuenti. Item iuuenem